

## Trigesimusquartus

Pecus etiã & capræ si aquam biberint: in qua folia ea maduerit: mori: dicuntur. Nec rhus latinũ no-  
men habet: cũ i usum pluribus modis ueniat. Nam & hæra est siluestris. foliis myrti: cauliculisq; bre-  
uibus: que uenena & tineas pellit: & frutex excoriarius appellatur: subrutillus: ciuitatis. crassitudie digi-  
tali. Cuius aridis foliis ut malicorio coria perficiuntur. Medici autem rhoicis utuntur ad contusa. ite  
cœliacos & sedis ulcera. aut quæ phagedenas uocant: trita cũ melle & illita cum aceto. Decoctũ eorũ  
instillatur auribus purulentis. Fit & stomachice decoctis ramis ad eadẽ. quæ ex moris: sed efficacior  
admixto alamine. Illiniturq; eadẽ hydropicorũ tumoribus. Rhus quæ erythros appellatur frutex est  
& huius fruticis semen uim habet astringendi refrigerandiq;. Aspergitur pro sale obsonis. Alios so-  
luit omnesq; carnes cũ sulphio suauiores facit. Vlcerebus medetur manantibus cũ melle. Asperitati li-  
guæ percussis: liuidis: desquamatis eodẽ mō. Capitis ulcera ad cicatricẽ celerrime perducit: & scemi-  
næ abundantia sistit cibo. Erythrodanus quam aliqui eruthodanum uocãt: nos rubiam. qua tingũ-  
tur lanæ pellesq; perficiuntur in medicina urinã ciet. Morbũ regiũ sanat ex aqua mulsa. Et lichenas  
ex aceto illita. Et ischiticos & paralyticos ita ut bibentes lauẽtur quottidie. Radix semẽq; trahũt mē-  
ses aluũ sistunt: & collectiones discutiunt. Contra serpentes rami cũ foliis imponuntur. Folia & ca-  
pillũ tingunt inuenio apud quosdã morbum regium sanari hoc frutice. etiam si adalligatus specte-  
tur tantũ: Distat ab eo qui aliffon uocatur foliis tantum & ramis minoribus. Quippe nomẽ accepit  
q; a cane morbos rabiẽ sentire non patitur potus ex aceto adalligatusq;. Mirumq; est quod addit: in  
faniã cõspecto eo oĩno frutice sanari. Tingentibus & radicia ramos præparat quã struthiõ uocari  
dixius a græcis. medetur morbo regio ipsa decocta & ius potũ idem pectoris uitii. Vrinã ciet. al-  
uũ soluit: & uulnas purgat. Quamobrem autem poculum medici uocant. Ea & ex melle prodest ma-  
gnifice tussim. orthopnoe coclearis mensura. Cũ polenta uero & aceto lepras tollit. Eadem cum  
panace & capparis radice calculos frãgit: pellitq; panos discutit cũ farina hordeacea & uino decocta  
Miscet & malagmatis & collyriis claritatis causa. ad sternutamenta utilis inter pauca. Lienĩ quoq; ac  
iocineri. eadẽ pota denarii unius pondere ex mulsa aqua suspiriosos sanat. Sic & pleureticos & oēs  
lateris dolores apocyni semen ex aqua. frutex est folio hederæ molliore tamen & min<sup>9</sup> lōgis uiticu-  
lis. semine acuto. diuiso. lanuginoso: graui odore canes & omnes quadrupes necat i cibo datũ est  
& rosmorinũ. Duo genera eius. alterũ sterile: alterum cui & caulis & semen resinaceũ: quod cachrys  
uocatur. Foliis odor thuris. Radix uulnera sanat uiridis imposita & sedis procidẽtia cõdylomata he-  
morroidas. Succus & fruticis & radice morbũ regium: & ea quæ repugnanda sunt. Oculorum aciẽ  
axacuit. Semen ad uetera pectoris uitia datur potui. & ad uulnas cũ uino & pipere. menses adiuuat.  
podagris illinitur cũ erinea farina. purgat & lentigines: & quæ ex calfacienda sunt: aut cũ sudor q̄re-  
dus illitũ. item conuulsis. auget & lac in uino potũ. item radix. ipsa hæra strumis cũ aceto illinitur  
ad tussim cũ melle prodest. Cachrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc quæ ex rore supradicto  
nascitur si fricetur. resinosa est aduersatur uenenis & uenenatis: præter anguib<sup>9</sup>. Sudorem mouet tor-  
mina discutit. lactis ubertatẽ facit. Hæra sabina brathy appellata a græcis duorũ generum est. Al-  
tera tamaracæ similis folio est: altera cupresso: Qua ex re quidã creticã cupressum dixerũt. utilis i sus-  
fitus pro thure assumitur. in medicamentis uero duplicato pondere eosdẽ effectus habere quos cin-  
namũ traditur. Collectiones minuit. & nomas cõpescit. illita ulcera purgat. partus emortuos appo-  
sita. extrahit & suffitu. illinitur igni sacro & carbuculis. Cũ melle & uino pota regio morbo medet.  
gallinacæ generis pituitas fumo eius hærbæ sanari tradũt. Similis hærbæ huic sabiæ e selago appel-  
lata Legitur sine ferro: dextra manu p tunica. qua sinistra eruitur uelut furãte. cãdida ueste uestitõ pu-  
req; lotis nudis pedibus sacro facto prius q̄ legatur. pane uino Fertur i mappa noua. Hãc cõtra oẽm  
pnicie habendã p̄didere druidæ galloꝝ: & contra oia oculorum uitia fumum eius prodesse. idẽ sa-  
molũ hærbam nominauere nascentem in humidis. & hæc sinistra manu legi a ieiunis cõtra morbos  
suũ boumq; nec respicere legentem: nec alibi q̄ in canali deponere. ubiq; contere potur is: Gummi  
genera diximus. ex iis maiores effectus melioris cuiusq; erunt. Dentibus inutiles sunt. Sanguinẽ coa-  
guant. & ideo reiciẽtib; sanguinẽ profunt. item ambustis: arteriæ uitii. inutilem urinã ciũt ama-  
ritudines hebetant astrictis cãterisq;. ex amygdala amara est spissãdiq; uiribus efficacior. habet exal-  
factorias uires. preponũtur autem prunorũ & cerasorum ac uitiũ. Siccant illitæ & astringunt. ex ace-  
to uero infantiũ lichenas sanant. profunt & tussi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Creduntur &  
colorẽ. gratiorẽ facere ciborũq; appetentiã. & calculosis prodesse cum passo potæ. oculorum & uul-  
nerum in utilitatibus maxime conueniunt ab spina ægyptia.

De spina arabica et spina alba: et acanto et acatia. Cap. xii.

Pinæ arabicæ laudẽs in odorẽ loco diximus: et ipsa spissar stringitque distillatões omnes  
et sanguinis excreationes. mensiũque abundantiam. etiamnum radice ualentior spinæ al-

Saniem  
sicari

Tamarice